

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Erūt etenim sumus: quia h̄m de quo lo-
quimur habemus adiutorē: qui uinit et re-
gnat cū patre in unitate spiritus sancti de-
us: per oīa secula seculorū amen.

Explicit omelia. II.

**Incipit Omelia. III. que in-
terpretat primū capitulū ab il-
la parte. Quattuor facies vni:
vsq; ad illam partē in eodē capi-
tulo. Similitudo autēz vultus
eorū facies hoīs et facies leonis.**

¶ Aneta quattuor animalia que
p̄p̄ecie spiritu futura preui-
dēt: subtili naratōe describū-
tur cum dicitur:

**¶ Quattuor facies vni: et quat-
tuor penne vni.]**

Quid per facies: nisi noticia? et quid per
pennas: nisi volatus exprimit? Per facie
quippe vnusquisq; cognoscit: per pennā
vero in altū autū corpora subleuant. Fa-
cies itaq; ad fidē pertinet: penna ad con-
templationē. Per fidem nāq; ab om̄ipo-
tenti deo cognoscimur: sicut ip̄e de suis
ouibus dicit: Ego sum pastor bonus: et co-
gnosco oues meas: et cognoscūt me mee.
Iobis. 10. Qui rursus ait: Ego scio q̄s
elegerim. Iobis. 13. Per cōtemplationē
vero: qz sup nosmetipsos tollimur: q̄si in
aera leuamur. Quattuor ergo facies vni
sunt: quia si requiras: quid Matheus de
incarnationē dñi sentiat: hoc nimirū sentit
quod Marcus: Lucas et Iohānes. Si
queras: quid Iohānes sentiat: hoc p̄cul-
dubio q̄s Lucas marcus et matheus. Si
q̄ras: q̄d marcus: hoc q̄s mathe? iohes et
lucas. Si queras q̄d lucas: hoc q̄s iohes
matheus et marcus sentit. Quattuor ḡ
facies vni sunt: quia noticia fidelis qua co-
gnoscut a deo: ip̄a est in vno. que est simi-
lis in quattuor. Quicquid em̄ in vno in-
ueneris: hoc in omnibus simul quattuor re-
cte cognosces. Et quattuor penne vni: qz

dei om̄ipotentis filiū dominū nostrū Iesū
x̄pm simul omnes cōcorditer predicāt: et
ad diuinitatē eius mētis oculos leuātes
penna cōtemplatiōis volant. Euangeli-
starū ergo facies ad humanitatē dñi per-
tinet: penna ad diuinitatē: quia in eo quē
corporeū aspiciūt: quasi facies intendūt.
Sed dū hanc esse incircūscrip̄tū: atq; in
corporeū ex diuinitate adnūciant: per cō-
templatiōis pennā quasi in aere leuant.
Quia itaq; et vna est fides incarnatiōis
eius in omnibus: et par cōtemplatio diu-
nitatis eius in singulis: recte nūc dicitur

**¶ Quattuor facies vni: et quat-
tuor penne vni.]**

[Sed que virtus esset: si fidē atq; cōtem-
plationē dñi: habentes p̄dicatores illius
sancta opera nō haberent. Sequit̄.

¶ Et pedes eorū pedes recti.]

Quid per pedes: nisi gressus actū des-
ignant? Quattuor ergo animalū pedes
recti esse describunt: quia sanctorū euāge-
listarū atq; omnīū perfectorū opera ad se-
quendā iniquitatē nō sunt reuorta. Hi au-
tē pedes rectos non habent: qui ad mala
mūdi que reliquerāt reflectunt. De qui-
bus scriptū est. Lanis reuersus ad suū vo-
mitū: et sus lora in volutabro luti. 2. Pe-
tri. 2. Dolebat de quibusdā doctoz egre-
gius q̄s pedū rectitudines retro reuolue-
rāt: q̄bus per increpationē dicebat. Quo-
modo cōuertimini iterū ad infirma et ege-
na elemēta: quibus denuo seruitis vultis
dies obseruatis et tempa et annos: timeo
vos ne forte sine causa laborauerim in vo-
bis. Gal. 4. Qui allos admonet dicēs:
Propter q̄s remissas manus et soluta ge-
nua erigite: et gressus rectos facite. pedi-
bus vestris. Heb. 12. Et vero in eisdem
scris p̄dicatozib; vite grauitas fortitudo
atq; discretio monstrare: recte subiūgit.

**¶ Planta pedis eorū quasi plan-
ta pedis vituli.]**

Quia em̄ p̄dicatores sancti boīs noīe
designant: docet paulus apostolus legis